



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663

4. De Cambiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)

Provincia promulgata. Vbi igitur non fuerit recepta, seruandæ sunt leges & consuetudines ibidem vtitæ, quæ legi diuinæ, ac naturæ non repugnant. Vbi vero nulla esse consuetudo habens vim legis, satis erit legem naturalem seruare, quæ tantummodo requirit æqualitatem inter censum & pretium. Layman. l. 3. tract. quarto cap. 17. Becan. parte secunda tr. tertio cap. sext. num. quint. Sylui. 2. 2. quæst. 78. articulo quarti quæst. secund. conclus. 3. Lessius lib. 2. secundo cap. 2. dub. 13. Molina 10. 2. tr. 2. d. 395.

Cū census emptus fuit minoris iusto, & pretium lege constitutum est cū clausula irritante contractum; pensiones sunt restituendæ quatenus iustum pretium excedunt. At si pretium non est lege constitutum, vel saltem non cū clausula irritante: nihil ex pensionibus restitui debet, sed tantum est suppleendum pretium, & damnum, si quod venditori obuenit, compensandum. Medin. quæst. 15. dub. 4. Lessi l. 2. c. 2. dub. 15.

Pretium iustum censuum lege Principis constituitur: & ea deficiente, consuetudine communi. Vnde fit, ut pretia censuum pro varietate temporum, & locorum sint varia. Censui enim irredimibilis in Hispania est viginti octo, sigilli nonem, vel triginta aureorum in singula: in Sicilia est solum decem aureorum iuxta Nicolai V. & Gregorij XIII. approbationem Idem approbatur Calixtus III. & Martinus V. pro Polonia, & Germania, in Belgio census irredimibiles non habet pretium legitimum nec possunt de nouo creati, obstante Caroli v. constitutione. Referuntur possunt vendi viginti quinque in singula, vel etiam minoris. profecto in his locis, vbi floret negotio, minoris æstimatur census: idem accidit, vbi est pecunie penuria. Quia hæc facit merces minoris æstimari; & negotio efficit ipsam pecuniam quaestuosam, ac proinde plus valentem. Censui autem vitalitij pretium, si ad vnius vitam solum constituitur, assolet apud Hispaniam esse decem in singula, Toletus lib. quint. cap. 47. n. 3. Sæ v. census, num. 5. Azor. p. 3. lib. 10. cap. 4. q. 4. Filliuc. tract. 35. num. 265. Valent. 2. 2. d. 5. qu. 22. pun. 5. Salas de cens. dub. 22. numer. 2. Denique pretium census deficiente lege, & consuetudine, optimè constituitur ex proportionem pretij rerum fructiferarum, vt agrorum, domorum, ac similibus, quo enim pretio emi potest res fructifera, quæ deductis expensis quotannis reddat centum aureos, eodem, & etiam minore iusto potest comparari census realis irredimibilis tantundem pendens Debet autem in pretio constituendo attendi æquitas, & vtriusque contra hentis gravamen, aliaque circumstantie Layman. lib. 3. tractat. 4. capite 17. numer. 14. Conatruas lib. 3.

variatur capite nono numer. 6.

* *



CAPVT IV.

De Cambiis.



AMBIVM est negotiatoria permutatio diuersarum pecuniarum, seu pecunie Cambij de pro pecunia. Diuersitas autem pecunie finis

accidit aut ex parte figuræ, vt in monetis diuersarum Prævinciarum; aut ex parte materiæ, vt cum sunt diuersi metalli, aut ex parte qualitatis metalli eiusdem generis, cum vnum est præstantius altero; aut ex parte quantitatis cum sunt diuersi ponderis, aut numeri. Toletus lib. quinto capite 50. numer. prim. & omnes.

Dicitur cambium à mutuo primò, quia de ratione cambij est aliqua pecunie diuersitas; de ratione autem mutui est, vt res mutata in eadem specie reddatur, nisi mutans velit diuersa esse contentus. Secundò de ratione mutui est vt aliquandiu solutio expectetur; de ratione autem cambij non item; constat enim simplex eius natura, vt pecunia diuersa pro diuersa præsentis commutetur. Campfor hic appellatur ille, a quo petitur, vt pecuniam permutet, Campforius verò ille, ad cuius petitionem pecunia commutatur. Omnes commutiter.

Diuiditur cambium in Reale, & Siccum. Vocatur Siccum, quod non est verum cambium sed fingitur esse propter imaginem cambij præferens; vt quando habetur sola ratio temporis; aut quando fingitur alibi solutio facienda, & fit eodem loco cum vltura, siccum etià dicitur, quia caret humore, seu iusto titulo ad lucrum pariendum. Hoc cambium est vlturarium, quia accipitur lucrum ob solam dilationem solutionis, quæ est mutuum virtuale. Lessius lib. secundo capite 23. dub. prim. Nauar. summa capite 17. numero 286. Valent. 2. 2. d. quinta quæst. 23. pun. prim. Bonac. de controuers. disp. 3. quæst. 5.

Cambium reale est legitima permutatio pecuniarum, ex qua iuste aliquid lucri excipi potest. Hoc sub diuiditur in Minutum, & Locale. Minutum est, cum quis dat pecunias maiores pro minoribus, vel è contra vel cum permittit r vetus cum noua pecunia, patria cum ex terna, aurea cū argentea, argentea cum cuprea. Minutum dicitur etiam hoc cambium Manuale, quia de manu ad manum eodem loco, ac tempore perfici solet. Hoc cambium est licitum, quæcumque interueniat pecunie diuersitas, modo summa diuersæ pecunie, quæ recipitur, tanti à viris peritis æstimeretur, quanti æstimator summa data. Reginaldus lib. 25. numer. 438. & 439. Lessius libro secundo capite 23. dubio primo Sylui. 2. 2. q. 78. d. 4. quæst. 3.

Cambium locale est, in quo pecunia præsens commutatur cum pecunia existente in alio loco, & dici etiam assolet Cambium per litteras, quia campfor suas dat litteras, vt per eas campfor accipiat in illo loco pecunias ab eo qui campforis est socius. Hoc cambium est licitum; quia si campfor re ipsa pecunias campforio de loco in locum transferret, posset petere aliquam

57

Cambij de finis

58

Differt à mutuo.

59

Cambium Reale, & Siccum; hoc quidem est illicitum.

60

Quid cambium Reale, & Locale. Minutum. Hoc quidem est licitum.

61

Localis cā.

hij in finis.

EL SCOBAR

Therok Mor.

Om. V. VI. VII.

EL IV

aliquam compensationem; ergo etiam potest cum accepta v. gr. pecunia Vallisoleto, dat illi litteras, ut quarum Hispani, vel Matro tantumdem accipiat. Nauar. *summe capite 17. num. 289. Toletus libro quinto capite 53. numer. 6. Reginald. lib. 25. num. 456. Layman. lib. 3. r. 4. c. 19. n. 2.*

62 Quatuor assigno titulos, cur caplor in cambio minuto plus accipere possit, quā dedit. Primus est locatio operæ, & obsequij, quod præstat congregando omnis generis pecunias, quæ permutari debeant, & paratum se præbendo ad easdem commutandas secundum camplatorum voluntatem; quæ omnia sunt pretio æstimationibus. Sylvest. v. *usura 4. q. 9. septim. S. a. v. Cambij, numer. quinto. Lessius libro secund. c. 23. dubio secund.* Secundus est interesse lucri vel commodi cessantis: unde licet exigere supra valorem legitimum nummi quanti æstimatione arbitrio prudentis illa spes lucri, quæ per cambium quis privatur. Medi. de *usur. quest. 7. Nauar. sū. cap. 17. numer. 288. Bonacin. de contr. d. 3. quest. quinta. pun. unic. numer. 3. Tertius est labor numerandi pecuniam: cum enim campfor huiusmodi laborem in gratiam camplicij subeat, mercedem ei compensatur intercedente virtutaliter contractu locationis operarum. Sotus de *ius. lib. sexto quest. 11. articulo prim. Graf. p. 1. lib. secund. capite 110. num. 4. Salas de camb. dub. 34. Quartus est commoditas conservandi, transferendi, numerandi, & ubique negotiandi. Unde plures æstimantur mille ducati in auro quam in argento; plus in argento, quam in cupro. Fillucius *tr. 35. part. secund. nu. 361. Salas dub. 3. n. 4. & 6.***

63 Ad iustitiam cambij per minutum tria desiderantur. Primum, ut in campfore nulla sit falsitas dando aurichalcum pro auro, minorē monetam pro maiore. Secundum, ne sit fraus in valore monetæ, nam si campfori constet, monetam, quam camplicij tradit, plus valere, debet veritatem aperire. Tertium, ut sit iustum pretium, scilicet lege statutum: citra autem legem, id erit iustum pretium cambiorum, quod communiter prudentes & probi, ponderatis omnibus circumstantiis ad rem facientibus, iudicabunt. Toletus *libro quinto capite 51. numer. 8. Sylvi. 2. 2. q. 78. d. 4. quasi. 3. concl. 4. Fillucius tr. 35. n. 362.*

64 In cambio locali reali potest campfor aliquid triplici titulo iuste accipere. Primus est translationis pecuniæ. traicit enim pecuniam quæ hic adest, in locum, ubi quis adesse desiderat, quæ opera in gratiam alterius præstita est pretio estimabilis. Molina *10. 2. tr. 2. d. 403. Fillucius tr. 35. num. 380. Malder. 2. 2. tr. 5. capite quinto dubio 3. num. primo.* Secundus est præstatio periculi, seu assicuratio. Quia accipiens hic pecuniam aliò traiciendam, suscipit in se onus transferendi, & periculum, si deperat. Nec refert, quod campfori in pecunia transferenda nullum sit periculum, cum ipse alibi eam paratam habeat: id enim eius industria, aut fortunæ est assignandum. Reginaldus *lib. 25. num. 454. Bonac. de controuers. d. 3. q. 3. pun. unic. num. 7. Graf. parte prim. lib. secund. capite 110. num. 4.* Tertius est maior æstimatio pecuniæ in loco, ubi datur, quam ubi creditur, sine ea æstimatio sit intrinseca, hoc est sine à lege, vel communi consuetudine valor pecuniæ proneniat

ex conditione materiæ, & ponderis, siue procedat ex causis extrinsecis, ac fortuitis; & ideo ratione vtriusque æstimationis potest campfor aliquid lucrari, modo lucrum id iustum cambij pretium non excedat. Sylvest. v. *usura 4. questio. 8. paragrapho prim. Fillucius tr. 35. numer. 380. Reginaldus lib. 25. n. 461.*

65 De cambio ad Nundinas. Cambium ad Nundinas non differt nisi accidentaliter à cambio locali ex natura sua. Quia eadem persona in vtroque conveniunt, regitur eodem nummo, & variatio pretij fit iuxta longius, aut brevius tempus. Fit licetum tribus confluentibus conditionibus. Prima, ut fiat realis permutatio ex vno loco in alium, habita ratione diversitatis pecuniæ, ac valoris monetarum. Secunda, ut seruetur iustum pretium iuxta communem fori æstimationem, in qua habenda est ratio abundantia vel penurie pecuniæ, distantia, aut vicinitatis locorum. Tertia, ut in æstimatione pretij non habeatur per se ratio temporis, hoc enim esset usurarium, ut ex Bulla Pij V. colligitur. Fillucius *tr. 35. articulo secund. capite septim. Sylvest. v. usura 4. questio. 4. Nauar. summe cap. 17. n. 297.*

66 De monopolio in cambiis vitando. Vitandum quidem est in cambiis monopolium unde pretium directe augeatur. Hinc monopolium facientes directe, & per se siue ex pacto expresso, siue ex tacito peccant contra iustitiam, si augeant pretium ultra iustum: contra quem etiam faciunt cooperatores monopolij positivi; qui quidem in solidum ad restitutionem tenentur, si principales non satisfaciunt. Toletus *lib. quinto capite 53. numer. tertio. Fillucius tr. 35. parte secund. numer. 415. Sotus de iust. lib. sexto qu. 12. articulo 3. Salas de camb. q. 4. articulo secundo controuers. 13.* Cambium verò pro secundis, vel tertiis nundinis usurarium censetur, si campfor ob id plus exigat, quam exigeret, si pecuniam ad proximas nundinas impertiret. Quia alioquin aliquid exigit ob solam dilationem, quod est usurarium. Lessius *lib. secund. cap. 21. dub. 11. numero 91. Toletus ibi num. 7. & c. 55. num. secund. Nauar. sum. c. 17. n. 301.*

67 Potest in cambio pignus exigi. Qui tradit pecuniam ad cambium alicui, cui non fidit, potest exigere pignus, vel fideiussores pro crediti securitate. Quia in omni contractu licitum est cuique, se indemnem seruare, quantum postulat natura contractus. Azor. *p. 3. lib. 10. cap. 11. questio. 11. Toletus lib. 5. c. 52. n. 3. Salas dub. 21.*

68 Pius V. in Bulla de cambiis, damnans tantum usuraria omnia cambia sicca, in quibus fingi alio loco futura solutio, cum intendatur futura solutio, cum intendatur futura eodem, ubi sit contractus; in cambio reali quatuor requiritur conditiones, ne sapiat usuram. Prima est, ne campfor ratione dilationis ultra terminum præstitutum concessit, de aliquo lucro paciscatur secunda, ne ab initio, vel postea paciscatur decerto interesse, etiam in eventu, quo solutio tempore debito non fieret; non prohibet autem pactum de interesse incerto, quo postea ex mora camplicij fuerit deprehensum; & ne pena moderata adiciatur, si ex negligentia tempore præscripto non fuerit facta solutio Tertia, ne ultra primas nundinas, aut consuetos terminos, ubi nundina non expectantur, realia cambia exerceantur iuxta receptum locorum vsum nempe cum extensione

sione proportionali lucri. Quarta, ut in terminis solutionum constituendis, habeatur ratio propinquitatis, ac vicinitatis locorum, in quibus solutio destinatur; ne dum longiores praesigantur, quam loca destinata solutioni requirunt, furnecandi detur occasio. Namque, *summa capite 17. numer. 300. Malder. de inst. tractat. quinto capite 4. dubio undecim. Lessius libro secund. capite 23. dubio vlt. m. Bonac. de contract. disputat. tertia questione quinta puncto vnic. numero 9.*

CAPVT V.

De Locatione, & Conductione.

⁶⁹ *Locatio, & con-*
ductio de-
bitur.
Am vero de contractibus onerosis, in quibus usufructus, non dominium transfertur, sermo procedit, nempe de locatione ac conditione, emphyteusi, ac fendo. Locatio itaque est contractus, quo persona, vel res aliqua ad usum, vel fructum pretio conceditur. Quaedam res locantur solum ad usum, vt seruus, equus, domus, &c. quorum fructus non est alius, quam usus ipsorum. Quaedam ad fructum, vt agri, pascua, iura, redditus, vestigia. Dixi, Pretio, seu pecunia: sicut enim emptio requirit pecuniam, ita etiam locatio: ad distinctionem precarii, & commodati, in quibus non interuenit pretium, sed gratis celebrantur. Syluest. *vers. Locatio. Lessius libro secundo capite 24. dubio primo Filiucius tractat. 36. capite prim. Sylui. 2. 2. questione 77.* Conditio vero est contractus, quo persona vel res ad usum vel fructum pretio comparatur. Vnde conductor vocatur is, qui mercedem soluit pro usu, vel fructu rei acceptae, Locator vero, qui accipit mercedem pro usu, vel fructu rei traditae. Reginaldus lib. 2. §. m. 489. Bonac. *de contr. d. 3. q. 7. punct. 1. numer. 2.*

⁷⁰ *Locatio, & con-*
ductio de-
bitur.
Omnes, quae vendi possunt, possunt etiam locari, nisi specialis extet prohibitio. Quia non plus requiritur ad locandum, quam ad vendendum. Aliqua locari prohibentur, vt seruicutes praediales, viae scilicet, & subiectiones praediorum: quamvis vendi possint; e contra aliqua res locari possunt, quae vendi prohibentur, vt res pupilli, & minoris, item bona dotalia possunt a viro locari, non vero vendi. Res Ecclesiae ad breue tempus locari possunt ab iis, qui praesunt Ecclesiae non vero ad longum tempus, id est ad decennium. Clement. *prim. de rebus Eccles. non alien. Filiucius tractat. 36. capite primo questio sext.* Non solum ea, quae sunt pecunia & similia locari possunt, verum etiam ipsamet pecunia, ad pompam scilicet accipientis, vel ad pignus: modo pecuniae dominium persisteret apud locatorem, & staret ipsius periculo, ita vt si pereat abique lata vel sui culpa conductoris, pereat ipsi locatori, quia quoties perit res abique alterius cul-

pa domino perit. Rebellus libro 14. quest. 4. numero prim. Reginaldus lib. 2. §. numer. 489. Manu. *parte prima summa capite 13. conclusione tertia.*

Licitum est conductori, rem, quam ipse conduxit, alteri locare, modo aliter non sit deductum in pactum cum primo locatore. Et modò primus locator damnum non patiatur. Hinc conductor non potest locare meretrici domum, quam ipse conduxit. Quia hoc cederet in primi locatoris opprobrium. *L. Nemo. Codice de locat. Reginaldus libro 2. §. numer. 505. & 506. Molina 10. 2. tr. 2. d. 497. numero 7.*

Qui autem facultatem habet emendi, & vendendi, potest contractum locationis, ac conductionis inire, nisi specialiter prohibeatur. Exciipiuntur aliquae personae, quibus vetitum est, quaedam conducere; quales sunt curiales, & milites, qui non possunt praedia conducere, ad colendum *L. Curiales, Codic. de locat. lege Milites, Codic. de locat.* Curiales dicuntur, qui obstricti, & obligati sunt curiae. Item Clerici, & Monachis prohibetur esse conducere praedia laicorum: praecita necessitate; quamvis possint succedere conductori. *capit. Multa, ne Clerici, vel Monachi. Filiucius tractat. 36. caput. 1. q. 3.*

⁷² *Quid faciat*
conducere
conducere
Quando duo vel plures habent domum, vel fundum communem, & vnus vult vni locare, alter alteri, vel vnus ad vnum usum, alter ad alium; aut vnus locare vult personae honestae, inhonestae alter praeparat contractus illius, qui habet maius in re ius, seu potorem partem, vel qui vult locare personae honestae, quando autem non est potior conditio vnus, quam alterius, mittendae sunt sortes, aut recurrendum ad Iudicem pro concordia. Imo validus est contractus locationis factus ab vno socio, vel à pluribus, aliis dissentientibus, si absque iusta causa dissentiant. Gomez *tomo secundo variar. capite tertio numero 14. Filiucius tract. 36. capite primo quest. 16. Bonac. de contract. disput. 3. questione septima punct. 1. numer. 6.*

Cum heres vniuersalis vicem gerat praedecessoris, locatio transit ad eum, successor vero singularis, qui scilicet in re particulari succedit, qualis est emptor, donatarius, heredes vel legatarius, non tenetur stare contractui locationis celebrato ab eo, cui in re particulari succedit, nisi antecessor in alternatione aliter expresse, vel tacite conuenerit; aut nisi bona locatoris sint hypothecata conductori, quia singularis successor non repraesentat locatoris personam, nec illius suscipit obligationes. Filiucius *tract. 36. tr. secundo quest. prim. & secund. Bonacina de contr. d. 3. q. 7. punct. vltim. numer. 2.*

⁷³ *Conductor*
non tenetur
conductor
Conductor non tenetur pensionem singulari successor solvere, nisi antecessor locator celsit illi ius suum nec stare contractus locationis, postquam res transit ad singularem successorem. Quia ei nunquam se obligauit. Marius autem, qui accepit in dotem aliquam pensionem rem locatam, quam locatam esse ignorabat, solvere; at non tenetur stare locationi, quia censetur singularis successor. Tusch. *tomo quint. concl. 418. locationis Couar. facta*

EL SCORAR
Theob. Mar.
Tom. VII. VII.
EL IV